S. M^tà^ e dell'istesso signor di Lionne, ha ella stimato che sia il maggior vantaggio di S. S^tà^ l'haver sicurezza della sincera sottoscrittione del formulario dalla parola di S. M^tà^ e dell'istesso signor di Lionne, senza cercar di più, supponendo che cosa sì grave e che importa egualmente all'interesse et alla pietà di S. M^tà^ che all'autorità del Papa, non possa S. S^tà^ temer di esser defraudata, mentre si è appoggiata alla fede della M^tà^ Sua e di monsù di Lionne medesimo, e per conseguenza vi va dell'honor della M^tà^ Sua, che non possa mai dirsi essersi in questo punto mancato a S. B^ne^ ».

Ivi f. 66^b^.

9. Seduta dell'Inquisizione del 23 dicembre 1668.[1]

« Ginetti: Quatuor episcopos satisfecisse plene. Ottoboni: Parimenti; neque obstare voces et scripturas informes, quibus dicitur subscripsisse cum reservationibus circa quaestionem facti et iuris et circa materiam gratiae efficacis, quia cum constet per publica documenta de sincera subscriptione, et de contrario non constet nisi de auditu et per scripturas informes, non videtur insistendum pro alia declaratione, maxime cum immineant maxima et gravissima pericula ». I quattro non debbono essere lodati « ne elati, ubi sunt audacissimi, ostentent in Galliis favorem et gratiam Santitatis Suae ». Borromeo dixit, convenire cum Ottoboni et praecipue quia a principio semper protestatus fuit, quod in rebus facti non potest SS. Pontifex obligare fideles ad actus internos et nunc versemus in quaestione facti quoad illam partem formularii, in qua dicitur: iuxta sensum ab auctore intentum. Albizzi dixit, actum esse de religione in Gallia et de infallibilitate SS. Pontificis, si quando ex constanti rumore et notorietate necnon ex depositionibus canonicorum cathedralis Apamiensis constat de restrictionibus appositis in subscriptione, SS. Pontifex iis postpositis respondet episcopis et declarat, ipsos satisfecisse mandatis Sedis Apostolicae, praecipue cum declaratio episcopi Chalon. sit de voluntate alterius et archiepiscopus Rothomagensis explicet praedictam declarationem iuxta ipsiusmet mentem. Quare addidit, consulendum esse Pontificem [so!], ut emissa nova Constitutione confirmet condemnationes factas per Innocentium X et Alexandrum VII fel. rec., necnon omnes et singulas prohibitiones tam mandamentorum quam aliarum scripturarum emanatarum adversus praedictas condemnationes. Chisius: Incumbendum esse in exhibitione processuum verbalium et subscriptionibus. Quatenus vero alii EE. DD. aliter censeant, debere responsum [dari] per breve, in quo S. D. N. dicat, episcopos pure et simpliciter subscripsisse. Rasponus: Esse in voto cum Chisio, sed praecipue animadvertendum, ut in brevi non apponantur verba, ex quibus possit dubitari, quod SS. Pontifex non fuerit certior factus de sincera subscriptione ad formam Constitutionum. Rospigliosi: Respondendum esse ad formam declarationis episcopi

[1] Cfr. Parte I di questo vol. p. 600 s.